Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



32
185

confutari inuenitur. Sed tamen qui subtilis diuina inspi
ratione edoctus oculis mentis istud in eorum doctrinis quam
abhominabile sit inuenire desiderat. perspicue ei diuina
gratia largiente uidere conceditur. Ait enim beatus pater
gregorius cum de domini temptatione in expositione
euangelii loqueretur. Antiquus hostis contra primum
hominem parentem nostrum in tribus se temptationibus
erexit. quia hunc uana gloria uidelicet et gula et auari
cia temptauit. sed temptando superauit. quia per consen
sum sibi eum subdidit. Ex gula quippe temptauit.
cum cibum ligni uetiti ostendit. atque ad comedendum
suasit dicens. Gustate. Ex uana autem gloria tempta
uit. cum diceret. Eritis sicut dii. Et ex prouectus
auaricia temptauit cum diceret. scientes bonum et
malum. Auaricia enim non solum pecunie est. sed
etiam altitudinis. Recte enim auaricia dicitur. cum
super modum sublimitas ambitur. Si enim non ad aua
riciam honoris rapina pertineret. nequaquam paulus
de unigenito dei filio diceret. non rapinam arbitra
tus est esse se equalem deo. In hoc ergo diabolus parentem
nostrum ad superbiam traxit. quoniam eum ad auariciam
sublimitatis excitauit. Sed quibus modis primum ho
minem strauit. eisdem modis secundo homini tempta
to subcubuit. Per gulam quippe temptat cum dicit.
dic ut lapides isti panes fiant. Per uanam gloriam tem
tat cum dicit. Si filius dei es. mitte te deorsum.
Per sublimitatis auariciam temptat. cum regna mun
di omnia ostendit dicens. Hec omnia tibi dabo. si proci